



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& aliam Eberspergæ. 269

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

268 Huic non est dissimile, quod de Colonia Vicha, Ludouici coniuge, compertum habemus. Ea post trimestres capitis turbas, huc miseriarum est redacta, vt lusca, vnius oculi vsum lumenque amiserit; delapsa superne palpebra, visumque cooperiente. Laborabant medici certatim atque chirurgi, ignauum operculum excitare. Sed omnis eos ars deficiebat. Ita iis pro damnato tunc oculus habitus. Igitur laboranti nomen IGNATII imponitur; & eodem simul momento, iniussa palpebra se attollit; diemque oculo non impeditum reducit.

269 Nec omnia IGNATIO Germania est; sed in Septentriones quoque eius beneficia pertinere. Nam Eberspergæ, non procul Monachic, (quæ Principum Botorum sedes est) mulier per noctes diesque binas parturiuerat; prius occubitu

cubitura, quàm eniteretur. Eam ob rem, accurrit maritus, Patrēq; de Societate vnum consulit. Is memor, quę passim IGNATII merita ferrētur, ponit genua; eumq; orat supplex, ne faminam in capitis discrimine desertam vellet. Non erant in manibus alię de eo reliquię; quare nouam inuit mendendi rationem; & legem earum volumen, quas IGNATIVS tulerat, cum quanto maximo potest sensu; chartis amicit: hominiq; tradit, quo vxorem religiosę contingeret; deq; successu bene speraret. Obtemperauit ille monenti. Sed mulier viribus restituta, quinta post hora, puerum edidit viuum; &, quod mirata est cum ceteris obstetrix, iam in figuram coeuntis ouiplicatum.

270 Etiam apud Hungaros IGNATII patrociniū increbuit. Anno quippe CIO. IO. XCIV. apud
Turo-